

8148.

(1370 efter juni 24.)

Kung Håkan anför följande anklagelsepunkter mot sjöstäderna.

Kungens förfäder, särskilt hans far kung Magnus, hade givit köpmännen, som besökte Norges rike, privilegier och friheter som de oavbrutet haft ända till nyligen för att de skulle stödja riket och kronan i dess rätt. Men köpmännen, särskilt de som besökte Norge, hade återgäldat dessa privilegier och friheter genom att vålla riket och kronan stor skada, eftersom de, särskilt i Bergen och på andra håll, sinsemellan utformat nya statuter i strid med rätten och sedvanan i riket vid tiden för deras privilegier.

Det innebär för det första att, om någon av dem förbryter sig mot någon annan av dem, träffar köpmännen, där de kan, en hemlig förlikning mellan parterna, för att den anklagade inte skall stå till svars inför kronan eller dess tjänstemän. Och, vad värre är, när några emellanåt blir ertappade med mord eller andra svåra brott, då förs brottslingarna bort ombord på deras skepp med påföljd att varken käranden eller kronan gottgörs. (1.)

Vidare, att sjöstäderna bland sig i Hansan har upptagit andra städer, som inte var med tidigare, och detta utan samtycke av kungens förfäder eller honom själv, så att de kommit i åtnjutande av privilegier, som endast omfattar de städer som är uppräknade i företrädarnas brev. (2.)

Vidare har de sedan kommit överens om att på skepp, där de har sin egna varor, inte ta ombord gods och handelsvaror, som tillhör kungens män eller undersåtar, så att dessa inte skall göra någon vinst. (3.)

Vidare, där de lägger till i kungens hamnar, säljer och köper de vad de vill i strid mot rikets lag. De ägnar sig också åt detaljhandel i städerna, något som de inte fått tillstånd till av vare sig kungen eller hans förfäder. (4.)

Vidare (innebär det) att städerna har gått samman med hertigen av Mecklenburg och hans son och bistått dem med livsmedel och vägledning, till skada för kungarna. Detta är uppenbart, eftersom mecklenburgaren och hans son redan då hade lagt under sig den största delen av kungens rike Sverige, och därtill har städerna förbjudit att livsmedel och andra förnödenheter förs till områden som styrs av kung Håkan. Men, så snart områden hade avskilts från kung Håkan, sände de dit allt de var i behov av; och på samma sätt förhindrades de som ville komma till kungen för att tjäna honom. (5.)

Vidare har man hindrat kungens undersåtar att föra ut sådant från hansestäderna som skulle vara kungens undersåtar till nytta eller hjälp. (6.)

Vidare (innebär det) att några namngivna hanseköpmän i Karmsund (i Rogalands fylke) har gått samman med kungens fiender mot hans drots och försvarat dessa kungens fiender, som drotsen skulle ha avkrävt rättvisa, om köpmännen inte försvarat dem. (7.)

Vidare har man under rådande verklig fred plundrat och bränt kungens gårdar i Avaldsnes (på Karmøy i Rogalands fylke) och ett flertal andra vid Karmsund liksom hans skogar vid Selbjørn (ö i Hordalands fylke), samt därtill alla stugor för fattiga resande mellan Bergen och Karmsund och även andra gårdar och byggnader kring Karmsund, som tillhörde kungens undersåtar. Dessa bränder och plundringar kostade kungen mer än 2.000 mark silver. (8.)

Vidare har vissa köpmän tagit skeppsbrutet gods och därvid med våld trängt undan kungens ämbetsmän och undersåtar. (9.)

Vidare (innebär det) att köpmän i Bergen ofta har ställt till oroligheter och tumult, varvid kungens män och undersåtar dödats, utan att kungen har kunnat beivra detta rättsligt. (10.)

Vidare att köpmän i Bergen genom att klättra över muren tog sig in med våld i kungsgården i Bergen till herr Sigurd (Haftorsson), som erbjöd sig att stå till svars inför lagen; men de tvingade honom att lyda dem. Följande dag gick de till ett kloster i Bergen och drog med våld ut en av hans tjänare, som de halshög. Därefter tvang de biskopen i Bergen att ge dem avlösning och rådmännen att döma i denna sak efter deras vilja: i annat fall hade de bränt ned både biskopsgården och staden Bergen. (11.)

Vidare, förra gången kungen var i Bergen gick köpmännen – i strid med lagarna – beväpnade. Många människor mördades då i hemlighet under natten, och ingen har hittills tagit på sig dessa brott, varför kungen ännu inte fått sin rätt tillgodosedd. (12.)

Vidare, köpmännen har på många orter, särskilt vid flera tillfällen i Marstrand – med åsidosättande av kungens rätt – själva dömt brottslingar, även sådana som borde ha straffats med döden. (13.)

Vidare, med uteslutande av kung Magnus, kung Håkan och hans länder, ingick de vendiska städerna stilleståndsavtal med Danmarks kung, och därför byggde denne (borgar) i Finnveden och ockuperade en stor del av kung Håkans områden, vilket vållade denne förluster på mer än 30.000 mark silver. (14.)

Vidare, eftersom hertigen av Mecklenburg fick förnödenheter och sådant han behövde från städerna, förlorade kung Håkan Sverige, en oåterkallelig och mycket stor förlust. (15.)

Vidare, under detta stillestånd – när Borgholm var upplåtet till hansestäderna av kungen och hans far – stal man egendom från kungens tjänare och gav till fienden, som senare vållade kungen och hans män skada. (16.)

Dessutom tillfångatog man och straffade kungens tjänare under samma stillestånd. Och kungens fiender – Erik Glysing, Filip (Petersson) Bonde, Anund Brynjulfsson, Karl Abrahamsson och deras medhjälpare – gav sig från borgen ut på krigståg till skada för kungen och hans folk. (17.)

Följande kungens tjänare förlorade sin egendom på Öland under detta stillestånd: biskopen i Linköping herr Gotskalk (Falkdal), nämligen det gods som tillhörde honom på Linköpingskyrkans vägnar, herr Erengisle (Sunesson) jarl, Anund Hemmingsson (Hatt d.y.), magister Nils Jonsson, Peter (Tordsson) Bonde, Klemens Petersson, herr Filip Karlsson, Johan Bruddsson, Magnus Håkansson, Matts Håkansson och Ragnvald Erengislesson. (18.)

Vidare skickade städerna till kung Magnus och kung Håkan sina sändebud, herr Johan Fleming, herr Arnold Kröpelin, herr Johan van Tweten och Vicke Skarpenberg, vilka framförde att Kampen och många av de andra städerna vid Västerhavet hade lovat att tillsammans med dem dröja vid Öresund och bistå de skepp som städerna placerat där för de seglandes säkerhet tills det kom hjälp från Tyskland. Efter att ha avgivit detta löfte drog Kampen och många andra städer vid Västerhavet tillbaka sin flotta från de nämnda skeppen och hade hemliga förhandlingar med danske kungen. Härav led städerna skada och vände sig därför genom ombud till kungarna, eftersom de lidna förlusterna misshagade dem. Av denna anledning gick kungarna i krig med Kampen och många andra städer vid det västliga havet. Och sedan kungarna gått i krig hjälpte städerna Kampen och de övriga till skada för kungarna och brände staden Marstrand med fästet, klostret och kyrkan där, samt Tjörn och andra öar, vilket vållade kungen förluster på 10 000 mark silver. Vidare brändes Kungahälla, Båholmen, hans skepp och ön Hisingen, varvid han led förlust på mer än 8.000 mark silver. De brände även Lödöse kyrka, stad och borg och många byar på landet mellan Lödöse och Bohus, och detta vållade kungen och hans folk en förlust på över 16.000 mark silver.

Vidare brände de kungens land på Agder, varvid han och hans undersåtar led förluster på 12 000 mark silver. Vidare brände de hans områden Jæren, Sokndal och Ryfylke (allt i Rogalands fylke), vilket vållade kungen och hans folk en förlust på över 10 000 mark lödiga. (19.)

Vidare, skraddarna i Bergen dödade en bror till ärkebiskopen i Nidaros (Trondheim), något som aldrig blivit rättsligt beivrat av kungen. (20.)

Vidare, Stake och "Folcekinus Nortmeyer" plundrade (13)64 i Marstrand kungens skepp med gods till ett värde av 50 mark silver. (21.)

Vidare kom en köpman till Marstrand, vid namn Kröpelin, som hade dödat en man på Agder och som kungens tjänare Johan "Munder" fångslat, eftersom han kom utan kungens lejd, något som dråpare måste begära hos kungen eller dennes ombud. Köpmannen blev fritagen av några köpmän från Lübeck, Rostock och Wismar och t.o.m. Preussen. De förde bort honom med våld sedan de brutit sönder bojorna och kastat dem i sjön. (22.)

Vidare, en köpman från Kolberg vid namn "Buk" dödade i Marstrand en engelsman. Fölzeke Nortmeyer bortförde denne dråpare, trots hot om förlust av liv och gods. (23.)

Vidare, sistlidna höst plundrades Johannes Dantzeke av Gise Kerkhoff på allt han hade. (24.)

Vidare, en man från Stralsund sårade i Marstrand kungens tjänare Björn Torlefsson så illa att han fortfarande bär spår därav i huvudet och käken. (25.)

Vidare, Petrus från Kolberg dödade en man i Marstrand, något som ännu inte blivit gottgjort. (26.)

Vidare, kungens tjänare Johannes "Nodze" förlorade, innan några oroligheter börjat, genom plundring och brand sin egendom; för denna förlust jämte 200 mark har han inte ersatts. (27.)

Vidare, köpmännen forslade bort sin gård i Karmsund, som var värd 40 mark silver. (28.)

Vidare, Gudhlek Haraldsson förlorade gods till ett värde av 40 mark silver i Ryfylke förutom sina skogar och Nils Olofsson sin egendom, värd mer än 40 mark silver, vilken brändes och fördes bort. (29-30.)

Vidare forslade de i detta område bort hus och byggnader så att intilliggande land blev helt ödelagt, en förlust som uppgick till över 600 mark silver. (31.)

Vidare bortförde köpmännen från samma trakt två kungens undersåtar, Simon från "Lerlende" och Johannes från (gården) Rot (i Rogalands fylke), vilka aldrig återvände utan dräptes i löndom. (32.)

Vidare, när det stillestånd var i kraft, som löpte ut vid påsken följande år, kom köpmännen till Egersund, till en by som heter Tengel (i Rogalands fylke), och forslade bort de nya husen därifrån och brände de gamla. (33.)

Vidare, under samma vapenstillestånd forslade de bort härbärgen i Karmsund, vilket kungens drots Ogmund (Finsson) hade återuppyggt; det tidigare hade brunnit under freden. (34.)

Vidare tillfångatog de Ogmund Smed och Halvard Smelta och trots att dessa svor att de inte tillhörde herr Ogmunds (Finnssons) följe, återfick de aldrig något av det som tagits ifrån dem. (35.)

Vidare, en tjänare till Göte Eriksson, som heter Nils Petersson och var på väg in till S:t Theobald, gick nära Oslo ombord på skeppare "Stenbokes" båt; och han kastades ut från båten och har inte mer syns till. (36.)

Vidare, Radeke Keding, som förde kungens och Ludvig Eivindssons gods och sin båt, blev tillsammans med alla sina följeslagare halshuggen till sjöss. (37.)

Vidare, för åtta år sedan, när Ludvig (Eivindsson) innehade Bohus slott, bortfördes kungens egendom med våld. Och då Ludvig berättade om detta, skulle de ha dödat honom, om han inte tagit sin tillflykt till en kyrka. (38.)

Vidare, köpmännen i Bergen försmådde allmänt kungens mynt, som han med hela rikets råd pålyst, men tog till fullt värde emot främmande mynt, lybskt och stralsundskt, något som kungen anser vara en mycket kränkande oförrätt mot honom. (39.)

Vidare, tio koggar kom till Bergen och satte eld på kungens gård. Och eftersom de inte kunde bränna ned den, rev de den. (40.)

Vidare, på samma krigståg tillfångatog de en av kungens undersåtar från "Tyssesoy", sårade honom och berövade honom allt vad han ägde. (41.)

Kungen meddelar avslutningsvis rådsherrarna (från hansestäderna) att detta är vad han för tillfället har att komma med, men att han skall återkomma med mer, när något inträffar.

Avskrifter (på latin): [A] – under rubriken "Articuli et cause, quos et quas nos rex Haquinus ex parte regnorum nostrorum, Norwegie scilicet et Zwegie, contra ciuitates maritimas [proponimus]" – i hs Ledreborg nr 6, fol. 69r (rubriken), 74v–76v, Ledreborgs slotts gårdsarkiv, Lejre, Danmark; [B] Recessus Hanse Theutonice de anno 1363-1414, (före 1939) i Archiv der Hansestadt Wismar.

Tryckt: (efter A och B) Hanserecesse II, nr 4; (efter A, med beaktande av B) ST nr 395 D; (i utdrag efter A, med beaktande av B genom Hanserecesse) Dipl. Dan. III:8, nr 467 (med uppgift om ytterligare editioner).

Översättning: (till modern danska, i utdrag,) Danmarks Riges Breve III:8, nr 467.

Regest: Regesta Norvegica vii, nr 46.

Om Sigurd Haftorssons befattning med Bergens kungsgård se K. Helle, Bergen bys historie I (1982), s. 827. Om Gotskalk Falkdal i kung Håkans tjänst se Svenskt biografiskt lexikon XV, s. 191.

För övriga litteraturuppgifter och editionsprinciper se nummer 8145.

In primis postquam progenitores nostri et precipue carissimus dominus noster et pater, rex Magnus, concessisset mercatoribus regnum Norwegie visitantibus ex sua dilectione ob ipsorum alleuicionem priuilegia et libertates, quibus semper gauisi fuerant usque modo, atque huiusmodi libertates et priuilegia admissa de sua gracia ob meram fidelitatem, quam de ipsis gerebat, a se impetrari ad finem, quod ipsi mercatores deberent regnum et coronam in suo iure fouere: extunc ipsi mercatores, specialiter illi, qui regnum nostrum Norwegie consueuerant uisitare, reddiderant regno et corone pro huiusmodi libertatibus et priuilegiis dampna et maxima detrimenta in eo, quod specialiter Bergis et alibi infra regnum fecerant inter se noua statuta contra jus et consuetudinem regni tunc temporis, quo ipsa priuilegia obtinebant. Que quidem statuta vergunt in nostrum et corone preiudicium non modicum et grauamen, et sunt tali modo, qualiter inferius in hoc cedula declarantur.

Primo videlicet, vbicumque aliquis eorum contra alium^b deliquerit, extunc mercatores, ubi possunt, occultam faciunt compositionem inter reum et actorem, ut non respondeatur corone uel eius officialibus de jure suo. Et quod maius est, jnterdum quando aliqui fuerant pro commissis homicidijs vel alijs grauibus delictis manifesti, extunc huiusmodi male[fa]ctores^c in ipsorum nauibus abducuntur, ad finem, quod nec actori fiat vlla satisfactio nec corone. (1.)

Jtem quod ciuitates maritime receperant ad se et in hanzam collegerant alias ciuitates, que in ea prius non erant, absque progenitorum nostrorum et nostro consensu, ad gaudendum priuilegijs, que se ulterius non extendunt, quam ad illas ciuitates, que tunc fuerant in progenitorum nostrorum litteris nominate. (2.)

Item postea statuerant inter se, quod bona seu mercimonia hominum nostrorum uel subditorum nostrorum non debent colligi vel admitti ad naues, in quibus ipsi habent bona sua ad finem, quod subditi nostri non debent percipere ullum lucrum. (3.)

Item vbicumque applicauerunt infra portus nostros, vendunt et emunt, que volunt, contra jus regni, ac eciam vendunt infra ciuitates nostras et villas pannum eorum per ulnas ac alias merces eorum denariatim, quod ipsis ante non licebat, nec vllum eis a progenitoribus nostris uel a nobis super hoc priuilegium est concessum. (4.)

Item quod ciuitates colligauerunt se cum duce Magnopolensi et eius filio ac iuuerunt eos in cibando et ducendo eos in patris nostri dampnum atque nostrum, sicuti satis claret, quod Magnopolensis et eius filius vsurpauerant sibi jam actu maximam partem regni nostri *Zwecie*; et cum hoc prohibuerunt comestibilia ac alia necessaria adduci ad terras, que sub regimine nostro erant. Sed statim, quando terre fuerunt a nobis alienate, extunc apportabantur eis omnia, quibus indigebant; et similiter fiebat de gente, que ad seruicium nostrum venire volebat. (5.)

Item inhiuerunt subditis nostris educere de ciuitatibus aliqua, de quibus eis posset commodum vel releuamen aliquod prouenire. (6.)

Item quod quidam mercatores de hanza colligauerunt se apud Karmsund cum emulis nostris contra dapiferum nostrum et defendebant ipsos emulos nostros, a quibus bene habuisset iusticiam, si mercatores huiusmodi eos non defendissent. Isti fuerunt naucleri Clawes *Schonenberg*, Tidericus Junghe, Hennek[e]^d Zasse, Heyno Langhendorp et Wyden Pipe. (7.)

Item in vera pace et securitate diruerunt et combusserunt curias nostras a Waldznes et alias plures circa Karmsund, ac eciam siluas nostras circa Zelborn, et cum hoc omnes domos pro transeuntibus pauperibus deputatas et constructas inter Bergis et Karmsund; jnsuper et alias curias et edificia circa Karmsund, que ad nostros subditos pertinebant. Ex istis jnscendijs^e et deuastacionibus recepimus dampnum ultra duo milia marcarum puri. (8.)

Item quidam de mercatoribus abduxerunt^f violenta manu bona, que de naufragis prouenerunt, surripiendo sibi bona huiusmodi, amotis et abiectis cum violencia et manu potenti nostris officialibus et subditis, ne se de huiusmodi bonis intromitterent quouis modo. (9.)

Item quod mercatores Bergis multociens fecerant disturbia et concursus, in quibus homines et subditi nostri fuerant interfecti, et nullam de hoc sumus iusticiam consecuti. (10.)

Item quod mercatores Bergis ascenderunt per murum curie nostre Bergis cum manu violenta et intrauerunt ad dominum Sigurdum, qui se ad standum legibus offerebat, et coegerunt ipsum dominum Sigurdum ad ea, que volebant; et sequenti die jbant ad monasterium Bergis, et inde extraxerunt violenter quendam eius seruitorem, quem eciam decollabant; et postea artabant episcopum Bergensem ad soluendum eos et consules ibidem ad iudicandum de facto isto juxta ipsorum voluntatem. Quod si non fecissent, et curiam episcopalem et villam Bergensem combussissent. (11.)

Item priori vice, quando eramus Bergis, ibant mercatores cum armis eorum, quod leges prohibent. Et fuerunt protunc homines de nocte occulte occisi, jta quod adhuc nullus huiusmodi facinora fatebatur, et sic adhuc nulla est nobis exhibita iusticia uel emenda. (12.)

Item quod mercatores in pluribus locis et specialiter ac pluries Mastrand iudicauerunt personaliter super delinquentibus, eciam si capitibus puniri debuissent, spreto nostro iudicio et contempto, per quod priuauerunt nos iure nostro. (13.)

Item quod ciuitates Slaue inierunt treugas cum rege Dacie excludendo patrem nostrum et nos ac terras nostras, et propter hoc edificauit rex in Finnidia et occupauit magnam partem

terrarum nostrarum, jta quod §-ex hoc-§ dampna recepimus vltra triginta milia marcarum puri. (14.)

Jtem ex eo, quod dux Magnopolensis habuit de ciuitatibus expensas et alia necessaria sua, quibus ipse indigebat, in dampnum nostrum perdidimus regnum Swecie, et dampnum, quod ex hoc receperamus, est nobis, proch dolor, jrrecuperabile ac eciam jnnumerabile. (15.)

Jtem in ista securitate, qua dominus noster et pater ac nos assignauimus ciuitatibus castrum Borholm, surripiebant hominibus nostris et seruatoribus predia eorum et bona infra Olandiam, et assignabant ea inimicis nostris, qui nobis exinde dampna fecerunt, et sequebantur eos ad faciendum nobis et nostris dampna. (16.)

Jnsuper captiuauerunt^h seruitores nostros in eadem securitate et amicitia et posuerunt eos ad truncum, talliantes eos, et fecerunt reisas a dicto castro in dampnum nostrum et nostrorum emuli nostri, videlicet Ericusⁱ Glysingh, Philippus Bunde, Anundus Bryniulfsson,^j Karolus Habramsson et plures eorum auxiliares. (17.)

Perdiderunt eciam infrascripti homines et seruitores nostri bona eorum infra Ølandiam sub eadem amicitia et securitate: primo dominus Gotschalcus,^k episcopus Lincopensis, bona sua, que ad eum pertinebant ex parte ecclesie Lincopensis, de qua sibi sedes apostolica prouiderat, jtem dominus Eringislus^l Jerlin,^m Anundzⁿ Henningasson,^o magister Nicolaus Yonsson, Petrus Bunde, Clemens Petersson, dominus Philippus Karlsson, Johannes Brudzsson, Magnus Hakensson, Mathias Hakensson et Ragnualdus Eringislasson. (18.)

Jtem miserunt ciuitates ad dominum nostrum et patrem ac ad nos nuncios suos, dominum Johannem Fleming, dominum Arnoldum Cropelin,^p dominum Johannem de Tweten et Vickonem Scharpenberg, qui ¶-ex parte-¶ ciuitatum coram ipso domino nostro et patre ac nobis proponebant, quod illi de Campen ac plures eciam de ciuitatibus Maris occidentalis ciuitatibus promisissent, quod cum eis in passagio Oressund^t mansisse debuissent in defensionem et assistenciam nauibus ciuitatum, quas ibi pro facienda nauigantibus pace reliquissent, donec in manus auxilium de Almania habuissent, et, quod sub ista promissione recesserunt illi^s de Campen et plures de ipsis ciuitatibus cum eorum classe a nauibus supradictis et occultam placitacionem cum rege Dacie habuerunt. Et ¶-ex hoc-¶ receperunt ciuitates dampna, et jdcirco fecerunt domino nostro et patri ac nobis per suos nuncios supplicari, quod nobis dampna huiusmodi displicerent, et propter hoc intrauimus gwerram cum illis de Campen ac pluribus ciuitatibus Maris occidentalis. Et postquam gwerram huiusmodi intrassemus, extunc juuabant ciuitates Campenses et illos plures Maris occidentalis jn dampna nostra, et quando combusserunt opidum nostrum Mastrande cum castello ibi, claustro et ecclesia ibidem, insulam Thiorn et alias insulas. De quo quidem incendio dampnum recepimus vltra x milia marcarum puri. Jtem Congeldiam, insulam Baueholm et naues nostras et insulam Hising, ¶-ex quo-¶ dampna recepimus vltra viii milia marcarum puri. Jtem quando ecclesiam Ludosie, villam et castrum ibidem et multas villas in rure inter Ludosiam et Bauahus combusserunt, jn hoc nos et nostri dampnificati sumus vltra xvj milia marcarum puri.

Jtem quando terras nostras ¶-sub Ogdome-¶ combusserunt, nos et subditi nostri recepimus dampna usque xij milia marcarum puri. Jtem quando combusserunt contractas nostras Jadran, Zoknadal et infra Ryafilk, dampnum nos et nostri recepimus vsque x milia marcarum puri. (19.)

Jtem sartores Bergis interfecerunt germanum domini archiepiscopi Nidarosiensis, super quo nullam adhoc^x sumus iusticiam consecuti. (20.)

Jtem Stake et Folcekinus Nortmeyer spoliauerunt Mastrand nauem nostram et bona usque ad l marcas puri ¶-sub anno-¶ lxquarto. (21.)

Jtem venit quidam mercator Mastrand, Cropelin nomine, qui occidisset vnum hominem sub Agdom, absque omni securitate nostra, quam tamen occisores a nobis vel officialibus nostris petere tenentur commisso ipso facto, iuxta leges nostri regni. Quem quidem occisorem officialis noster^z vinculis mancipavit; et tunc superuenerunt quidam mercatores de Lubek, Rostok et Wismer ac eciam de Prussia, et abduxerunt eum cum manu violenta, fractis vinculis nostris et in mare proiectis. (22.)

Jtem quidam mercator, Buk nomine, de Colberg^e interfecit Mastrand^e quendam Anglicum, et istum occisorem abduxit Foltzekinus Nortmeyer, quamuis sibi prohibitum erat sub vita et bonis. (23.)

Jtem nunc in autumpno spoliavit Gyso Kerkhaue Johannem Dantzeke omnibus, que habuit. (24.) Jtem vnus de Stralessund vulneravit Mastrand^e quendam seruitorem nostrum Beronem Torlifson, jta quod adhuc portet signum de hoc in capite et maxilla. (25.)

Jtem Petrus de Colberghe interfecit vnum hominem Mastrand^e, de quo adhuc non est satisfactum. (26.)

Jtem amisit Johannes Nodze seruitor noster, antequam aliquid disturbium incepit, predia sua, que per rapinas et incendia deuastata fuerant; quod quidem dampnum cum cc marcis puri non recuperabit. (27.)

Jtem asportauerunt mercatores curiam suam apud Karmsund de valore xl marcarum puri. (28.)

Jtem amisit Gotleicus Haraldzson bona infra Riafilk usque ad xl marcas puri, preter siluas suas. (29.)

Jtem amisit Nicolaus Oluesson bona sua, que et combusta et asportata fuerant, vltra xl marcas puri. (30.)

Jtem asportauerunt infra eandem contractam domus et edificia, jta quod terre adiacentes sunt ex hoc penitus desolate; quod quidem dampnum ultra vi c marcas puri se extendit. (31.)

Jtem abduxerunt mercatores de eadem contracta duos nostros subditos, Symonem de Lerlende et Johannem de Rotta, qui numquam postea redierunt, qui eciam occulte sunt occisi. (32.)

Jtem accesserunt mercatores stantibus illis treugis, que in festo pasche jam ad annum expirabant, versus Ekendessunde ad quandam villam, que Tengel vocatur, et asportauerunt abinde nouas domos, vbi alias illas veteres combusserunt. (33.)

Jtem in eisdem treugis asportauerunt apud Karmsund domum ^{aa}pro transeuntibus^{aa} deputatam, quam dominus Ogmundus, dapifer noster, reedificasset; et prius erat sub pace combusta. (34.)

Jtem captiuabant Ogmundum Smidder et Aluardum Smelta, et licet jurabant, quod non^{ab} erant de familia domini Ogmundi, tamen de ablatis sibi nichil rehabebant. (35.)

Jtem quidam famulus Gautonis Eriksson, qui vocabatur Nikolaus Petersson, intrans ad ¹sanctum Theobaldum¹, intrauit prope Osloiam nauem cuiusdam naucleri nomine Stenbeke, qui de naui eiectus amplius non est visus. (36.)

Jtem Radekinus Keding, qui bona nostra et Lodewici Euindasson ac nauem suam ducebat, cum omnibus suis sequacibus in mari extitit decollatus.^{ac} (37.)

Jtem iam ante octo annos, quando Lodewicus habuit castrum Bauahus, tunc ablata fuerunt bona nostra cum violencia; et quando Lodewicus de hoc loquebatur, volebant eum percussisse, si ad vnam ecclesiam fugam non dedisset. (38.)

Jtem mercatores generaliter Bergis refutabant monetam nostram, quam de tocius regni consilio fecimus publicari, et monetam extraneam videlicet Lubicensem et Sundensem, pro

pleno receperunt. Et videtur, quod nobis in isto facta est iniuria et violencia, satis magna. (39.)

Item venerunt Bergis x liburni, qui ignem posuerunt ad curiam nostram; et ^{ad-}quando non potuerunt comburere eam, ^{-ad} extunc eam fregerunt. (40.)

Item in eadem reisa captiuabant quendam subditum nostrum de Tyssessooy, quem eciam vulneratum et male percussum spoliauerunt omnibus, que possedit. (41.)

Domini consules, hec vobis ad presens; sed alia plura, cum occurrerint^{ae} nobis, volumus intimare.

^a *Detta eller ett liknande ord tycks ha bortfallit vid avskrift i A (jfr formulering i inledningen till Håkans tidigare brev, DS nr 8146, articulos nobis per vos propositos); Hanserecesse II, 4 supplerar ponimus.* ^b *Härefter eorum överstruket A.* ^c *malectores A.* ^d *Hennek A.* ^e *D. v. s. incendiis.* ^f *abstulerunt Hanserecesse II, 4 (så troligen också i B).* ^{g-g} *Hopskrivet A.* ^h *Härefter nobis överstruket A.* ⁱ *Erikus B.* ^j *Briniulfsson B.* ^k *Gotschalkus B.* ^l *Så B (för väntat Eringislo); Eringlislus A.* ^m *D. v. s. jarl.* ⁿ *Anundus B.* ^o *Henninxsson B.* ^p *Kropelin B.* ^{q-q} *Hopskrivet A.* ^r *Øressund B.* ^s *Rättat från ille A.* ^{t-t} *Hopskrivet A.* ^{u-u} *Hopskrivet A.* ^{v-v} *Hopskrivet A.* ^x *Så B, adhoc A.* ^{y-y} *Hopskrivet A.* ^z *nostris B.*

^{aa-aa} *Hopskrivet A.* ^{ab} *Saknas i Hanserecesse II, 4. (jfr not f).* ^{ac} *Så B; decellatus A.* ^{ad-ad} *quando eam non potuerunt comburere B.* ^{ae} *Härefter vobis överstruket A.*

¹⁻¹ *Härom se kommentaren till nummer 8093 ovan.*